UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de

Lvgdvni, 1609

Circumstantiæ seque[n]tes non sunt necessariò confitendæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

Visual Library

bitum.num.12.Nouo num.14. XIII. Cir-
cumſtantia, quæ interrogatur à confeſſario,
& non poteſt taceri ſine periculo ſpiritualis
incommodi.num.8.Nouo num.9. XIIII. I
Circumſtantia voti de non peccando in
particulari, vel in generali. cap.12. num.34.
XV. Circumſtantia facientis quòd peccet
aliquis mortaliter, nimis comedendo, lo-
quendo, bibendo, irridendo. &c. hæc cùm
frequenter ſint venialia, confeſſarius ſolùm
iudicabit venialia, niſi illa circumſtantia
exprimatur. additum in No. cap.2. num.6.

CIRCVMSTANTIÆ ſequentes non ſunt neceſſariò confitendæ.

I. CIRCVMSTANTIA diei feſti.cap K
6.num.9.Nouo num.10. II.Circum-
ſtantia diei conſecrati ieiunio, vel orationi.
Ibid. III. Circũſtantia eius, qui exiſtens in
loco ſacro, vult occidere vel fornicari extra
illum: ſecus, ſi exiſtens extra illum velit hæc
in illo perpetrare. num. 10. Nouo num. 12.
IV. Circumſtantiæ omnes non mutantes
ſpeciem peccati.num. 3.7. & No. num.3.6.
V. Circumſtantia mutans veniale vnius ſpe-
ciei, in veniale alterius ſpeciei.cap.6.num.3.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

VI. Circumſtantiæ omnes, quæ ſolùm ſunt
M circumſtantiæ in eſſe naturæ. ibid. VII. Cir-
cumſtantia peccantis ob confidentiam ve-
niæ, quia potiùs minuit quàm aggrauat. n. 4.
Nouo num. 3. in fine. VIII. Circumſtantiæ
Accidiæ. cap. 23. num. 125. IX. Circumſtan-
tia minuens peccatum, nec eſt neceſſariò
confitenda, nec neceſſariò ſubticenda. In
aliquo tamen caſu erit neceſſariò confiten-
da; vt, quando facit nõ eſſe peccatum, vel ad
ſummum facit eſſe veniale quod aliâs eſſet
N mortale. num. 6. Nouo num. 5. X. Circum-
ſtantia malorum verborum, ſignorum, ac
geſtuum antecedentium homicidium, vel
percuſſionem: Item circumſtantia verbo-
rum, & tactuum turpium præcedentium
fornicationem: circumſtantiæ item cogi-
tationum, & voluntatum, & apparatuum ad
furta vel ad alia delicta tendentium proxi-
mè, non ſunt neceſſariò confitendæ, ſed ſuf-
ficit confiteri vltimatum actum. nu. 7. & 17.
O No. n. 6. XI. Circumſtantia propriæ perſo-
næ, licèt augeat aliquando, regulariter non
eſt neceſſariò confitenda niſi ſit contra vo-
tum. num. 11. No. n. 13. XII. Circumſtantia
durationis eſt ſub conſilio confitenda. n. 17.
XIII. Circumſtantia aliâs neceſſariò con-
fitenda debet taceri, quando ex eius mani-
feſtatione reuelandus eſſet cõplex. c. 7. n. 1.

Sed

Sed in hoc caſu tenetur pœnitens quærere alium confeſſorem. ibid. num. 5. Atque hæc cauſa non eſt ſufficiens confitendi alieno confeſſori. cap. 7. num. 5. Nec etiam eſt ſufficiens ad communicandum abſque præuia confeſſione. Ibid. num. 6. actus exterior non eſt Circumſtantia actûs interioris. cap. 6. num. 20.

Circumſtantia numeri non eſt circumſtantia, ſed additio peccati ad peccatum, & frequentatio eius: & ideo debet numeratim explicari. cap. 6. num. 13. No. num. 14.

CITATIO.

CITATVS ad comparendum Romæ certo die, ſi non poteſt illo die, tenetur quantocyus poſt illum poterit. cap. 21. n. 45.

CLERICVS.

PECCAT mortaliter clericus, qui ordine ſacro inſignitus, cohabitat fœminæ cum periculo conſenſus in mortale. Poterit tamen ceſſante hoc periculo cohabitare matri, ſorori, vel extraneæ ſeni. cap. 25. num. 109.

Pœnæ antiqui iuris contra clericos concubinarios inflictæ, renouantur per Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 14. & inſuper ſtatuit, vt ſi à